

Da 148.

Zyl. (C. 11)





I S O C R A T I S

AD

N I C O C L E M

O R A T I O

G R A E C E.

D E N V O

L A T I N E V E R T I T , N O T I S I L L U S T R A V I T

P R O L U S I O N E M Q V Æ

D E V E R A S C R I P T O R E S C L A S S I C O S

I N T E R P R E T A N D I R A T I O N E

P R A E M I S I T

I O . C H R I S T O P H O R . F R I D E R . B A E H R E N S ,

P A E D A G O G I I M E I N E R T S H A G E N S I S I N C O M I T A T V

M A R C A N O D I R E C T O R .

H. Gartz.
Cl. g. 21.

H A L A E S A X O N V M ,

S V M T I B V S I O H . C H R I S T . H E N D E L I I ,

M D C C L X X X V I I .

LIBRARIUS
NICOLAUS
OBER
GRACE



LATINE VER
DE VERA
CLASSICIS

IO. CHRISTOPH. FRIDER.
MANNING DIRECTOR.

HALLE SAXONVM
SAMPTVS ION CHRIST. HENDELII
MDCCLXXXVII






LECTORIBVS

S. P. D.

IO. CHRIST. FRIEDER. BAEHRENS.



Quum singularem omnino curam mereantur, quae in scholis teruntur, veterum librorum classicorum editioes, cumque Orationum Isocratis perpetua adnotatione instructa non exister editio, operae pretium duxi, in editione perelegantis huius ad Nicoclem orationis studium collocare. Inter omnes enim, censeam, conuenit scriptorum Graecorum et Romanorum maxime oratores ei arridere iuuentuti, quae iam prima transgressa est vtriusque linguae rudimenta, quaeque iam venustatem sentit oratoriam; atque eam ob causam hos potissimum iuuenibus in manus esse tradendos, ne a discen-

A 2 da

da lingua vtraque iusto citius fastidio et fætietate absterreantur. Attamen nil sæpius occurrit, quam quod omnis fere hodierna iuuentus scriptores classicos abhorreat; idque effecit, vt has qualescunque animaduersiones de ortu fastidii magnum rei literariae detrimentum inferentis, obseruationesque de vera lectione classicorum eruditorum examini subiicere sim ausus.

Primum mihi adnotanda videntur, quum opposita iuxta se collocata magis elucescant, nonnulla, quae in interpretandis scriptoribus antiquis, sæpius ac vellem, reperiuntur vitia. Sunt, atque vti nam non essent, doctores scholastici, qui interpretando classicos officio suo iam satisfacere sibi videntur, si verba molesta sedulitate captent, loquendi formulas denotent, notatas memoriae mandent, verborum sensum eruant; licet genium auctoris, eiusque scriptorae genus et – quod peius est, – res ipsas turpi premant silentio. Cur legimus istos scriptores? an vocabulorum phrasiumque solummodo causa? Ex hac lectione, nisi alii fructus maiores ad formandum ingenium

genium proficiscantur, nescio sane, quid sit, cur tot viri praestantes, vt v. c. *Heynius*, *Harbesius*, *Morus*, *Fischerus*, multique alii in hisce laboribus sese exercent aliisque eos suadeant. — *Rerum* causa legimus, vt, quae aliorum aut sagacitas, aut experientia, aut doctrina, aut industria, reperit, ex iis addiscamus, et ad illorum exulta ingenia et monita egregia et facta praeclara, ingenium nostrum et animum conformemus; atque haec vtilitas non solum ex scriptoribus profaicis sed etiam ex poëticis est capienda. Ad innocentiam v. c., ad castitatem et integritatem vitae amplectendam, *Hesiodæa* ista, de aurea reliquisque sibi succedentibus aetatibus inter accumbentes, sacris factis, conuiuio senes iuuenesque decantata, quanta vi, praesertim apud veteres, fuisse putabimus? aut illa, quae de felicitate populi iusti et de miseris iniustae ciuitatis tam viuide repraesentantur *)? Sed et illud in

A 3

iis

*) Vid. *Hesiod.* "Egy. u. ημῶν. 226 seqq. cfr. insignem locum *Homer. Odyss.* XIX, 109. seqq. et ea, quae in peculiari dissertatione de hac re dixit *G. G. Pappelbaum*, quem interdum secutus sum.

iis praeclarum, quod ad vitam maxime vtilia in iis tradebantur aut monebantur, quibus disciplina domestica, coniugum castitas, liberorum pudor, civium concordia, rerum publicarum salus contineretur. Est autem ea in re propitia aliqua et invidenda veterum scriptorum praecipue poetarum fortuna prae ferioribus, quod ea maxime morum praecepta occupare potuerunt, quae vtut vulgaria, tum tamen noua ac praeclara haberentur; quae ipsa ad vitam vsumque quotidianum vtilissima fere sunt, et ad omnium hominum animos pariter vim habent, a doctis et indoctis memoria mandantur. Quid? quod multa ab iis grauitur ac magnifice dicuntur, quorum nos, si nostros audimus mores, ne sensum quidem fatis acrem habere possumus, quum ea ad illorum hominum animos vim maximam facile haberent. Quantum tandem ad animos iusti rectique sensu imbuendos valuiffe putabimus, quod ea ipsa, quae de deorum cura et inspectione circa res humanas, de vindicta et vltione scelerum ad feram quamuis posteritatem pertingente, et sic porro, tradebantur, non nude posita aut ad subtiles et metaphysicas quaestiones deducta, sed ad

fen-

sententias imaginesque sensui et phantasiae
patentes reuocata essent.

Sed vt attingam metam mihi propo-
sitam, ad aliud redeam. Accedit interdum
huic iam commemorato vitio, quod magis
aperit istorum hominum rerum minutarum
studium, vt *Ετυμολογίαν*, studium plane
inutile, puerile, ridiculum, si vltra limites
extendatur, nimio ardore, et vere dixerim,
superstitione, praesertim in graecis, venen-
tur; quasi istis tricis facilius linguae perci-
perentur! quod, quo magis animi vires et
tempus tam paruis rebus et exilibus tri-
buuntur, eo magis reprehendendum. Quid
quaeso, iuuat, memoria tenere, nomen
ΘΕΟΣ, cuius notio nec pueris ignota, me-
lius a *Θέω* facio, quam a *Θέω* curro, aut
Θεάω, *τιθημι*, *δει*, aut alio quouis nomine
deriuari? Quid esset perspicuitatis, *ἀσφα-
λην ῥητορα*, *Xenophont.* Memor. Socr. IV,
6, 15. non vacillantem rhetorem, a *σφάλ-
λειν*, vacillare, vertere *)? Attamen ety-

A 4

mo-

*) In his *Graenius* et *Gronouius* peccauerunt, eorum-
que exemplum nobis exhibitum luculentissime
doet, coniecturas caute esse sequendas.

mologiam interdum vtilem esse, non ausim negare. Vtilis est, non solum ad confirmandum notum cuiusdam verbi significatum, sed etiam dubium certiore reddendum. Sic v. c. *Μῦθος* vertitur: *fabula*, verbum *μύειν* autem saepissime significat *loqui*; nemo igitur dubitabit, nomen *μῦθος* proprie denotare *omne id quod ore proferitur*, sine respectu veri et falsi, vt ex multis locis *Homeri* (v. c. *Iliad.* β. 199. *Odyss.* α. 271.) perspicue apparet.

Alii, dum hunc scopulum euitare student, ad alium offendunt. Hi in legendis scriptoribus solis rebus, quas ad formandum ingenium et mentem emendandum multum, immo plurimum facere, optime contendunt, nimium intenti, omnia, quae ad philologicam scriptoris interpretationem pertinent, leuiores et non satis digna viris iudicant, quos ingenio et doctrina aliis praestare oportet; inde ea aut plane negligunt, aut leuiter saltem attingunt, et omne tempus, omnemque operam rebus illustrandis, adornandis, diiudicandis, commendandis, refutandisque interdum sic tribuunt, vt re-

rerum peritis lectionem scriptoris praeire
 facetuli vix viderentur. Hi interpretatio-
 nis verborum grammaticae contemptores mihi
 nec illud *Melanchthonis*: „bonus gramma-
 ricus est bonus interpret“ , nec id satis ob-
 seruasse videntur, quod verborum locutio-
 numque sensus non raro sine historiae, my-
 thologiae, antiquitatis rerumque aliorum be-
 neficio certus effici nequeat, quarum
 omnium cognitionis iustae virum ingenuum
 pudere non debet, quum eius expertem
 esse, in vitio ducatur. Liceat mihi hanc
 causam exemplis confirmare. Quis v. c.
Horat. Od. III, 3, 25. rite explicabit, si
 troiani belli historiam nesciuerit? an vere et
 rite exponet vs. 15. Romuli consecrationis
 expertus? an vs. 9. seqq. si Hercules, Bacchi,
 Pollucis narrationis fabulosae fuerit ignarus?
 num recte enarrabit, quid sit iubere vs. 2.
 nisi ex antiquitate didicerit, fuisse populi
 proprium, velle, rogare, si legem de ali-
 qua re ferebat? Eadem est ratio in innu-
 meris classicorum locis.

Non est praetereundum ridiculum
 illud his vitiis longius latiusque diffusum
 praeiudicium: quo longior sit, eo praestan-

A 5

torem

tiorem esse explicationem, eoque maiorem
 interpretis diligentiam indicare. Non sine
 indignatione recordor doctorum quorundam
 scholasticorum, quos, etsi non ego eosdem
 habui doctores, tamen lectionibus eorum
 saepius interfui, qui autem optimos iuue-
 num annos pessumdabant, dummodo pueri-
 liter perquirerent, vtrum Aeneas primum
 sinistro an dextro pede Didonis speluncam
 introierit? Vtrum claua Herculea querno
 an pineo fabricata fuerit ligno? — Quot
 et quanta inde mala oriantur, quis non sen-
 tit? Ex annotationibus, notis, commenta-
 riis vndique collatis nec eruditio a discipu-
 lis hauriri, nec tanta, saepe indigesta, moles
 ferri potest. Iam quid miremur ab horum
 scriptorum lectione, si tam molesta fuerit,
 vel optima ingenia terreri potius, quam ad
 eam impelli. Quod ne accidat, aut nobis
 metuendum sit, est breuitati quam maxime
 studendum, cui suspicionem inferre, modo
 nihil desit, praeiudicium istud non potest.
 Est enim, nisi frustra labore velimus, tiro-
 num ingeniis minus cultis, omnino indul-
 gendum. Inde neque dedecori esse potest
 doctori ista breuitas, quam discipulorum
 conditio poscit, neque excusari aut commen-
 dari

dari ista longa et ampla verborum et rerum copia, cui nondum tirones sufficunt, verborum venustate et rerum prolatarum veritate et vtilitate alio loco et tempore omnino non neganda. Quod, nisi discernamus, cuiuslibet, quicquid in mentem venit, modo ne falsum sit, garrere licet. Sufficiat haec de vitis vniuersae adnotasse.

Iam quae sint obseruanda scriptores classicos recte interpretaturo, breuiter exponam. Primum omnibus modis curandum est, vt habeatur libri cuiusdam editio quam emendatissima, et vt ex lectionibus variantibus, quantum fieri potest, melior eligatur. Est enim iniustum, ipsas scriptoris sententias integras, et alias, vel errore vel temeritate illatas, mutatas in eodem honore habere. Cui quidem rei, si qui sint, quibus prodesse hic labor poterit, auditores, sic dandam operam censeo, vt eas, quibus in hac causa Critici vtuntur, regulas, vsu atque applicatione iuuenes potius addiscant, intelligant, quam decies viciesque moleste repetitas memoria sola complectantur; quod non solum ingenium acuit, et linguae exercitium auget, verum etiam, quod maius est,

est, Philologis futuris variam praebet vtilitatem. Deinde omni cura et diligentia est interpreti laborandum, vt verum ingenuumque verborum sensum reperiat, seu scriptoris cogitata, scribendo expressa, iuste, accurate, certe, resciat, nec plus nec minus vernacula aut alia quavis lingua, scite et eleganter, affirmet aut neget, quam ipse scriptor, eo tempore, pro sua vel suae aetatis consuetudine, affirmabat aut negabat. Verborum sensus autem per analogiam seu comparationem omnium notionum cuiusdam vocabuli est expetendus. Qua in re considerandum, vnumquodque vocabulum vnum tantummodo habere posse significatum atque inter multas notiones cuiusdam vocis vnam tantummodo esse propriam. Si igitur significationes varias ad vnam reducere possis, concludendum, eam esse genuinam. Licebit id exemplo confirmare. Ἄγαθος v. c. significat a) *id, quod bonum est suo genere*, κύνες ἀγαθοί, canes sagaces. b) *peritus, doctus, διδάσκαλοι ἀγαθοί*. Ex hisce apparet ἀγαθόν proprie esse eum, *in quo sit αἰσθη* i. e. *scientia et facultas alicuius rei*, quia ex hoc caeteros significatus vt descendentes notiones deriuari possunt. Sed
prae-

praeter veram propriamque vocabulorum vim discipulis traditam, etiam locutionum aut phrasium significationes ingenuas et diuersam indolem vel breuius vel copiosius pro diuersa audientium conditione, illis indicare, oportet scholasticum doctorem. Quod licet multum nonnunquam sit operae, quum vocum et locutionum, praesertim graecarum, significatus pro diuerso loco, tempore, genere &c. quam maxime interdum variet; tamen, quod multi vana ambitione, errore, inscitia faciunt, in casu dubio necesse non habet, vasto et amplo lectionis apparatu omnes eiusdem vocis, locutionis vim diuersam enumerare, caeteris prolatam innumeris exemplis confirmare, et multis interdum Commentatorum eadem sententiarum nominibus, quasi multorum consensu verum niteretur, audientes terrere magis, et perturbare, quam conuincere. Quae vastitas, quam periculosa sit, quis non vider? — Sed concedam, ne difficilis videar, quod tamen salua conscientia nequeo, auditores imperitos ista omnia consumto longo tempore vel ex sexcentis commentariis, lexicis, et quibus subsidiis vsus fuerit, molesta sedulitate collecta esse perceptruros: nihilominus

minus commendari poterit ista copiosa signorum potestatem demonstrandi consuetudo; maius inde detrimentum, quam emolumentum in discipulos semper redundat. Quo enim magis istis rebus memoriam obruunt, eo magis nobilioribus animae facultatibus nocent, maiori cura et diligentia conseruandis, augendis: eoque facilius condiscunt tirones, doctores imitati, iusto plus ad istas res animum adiiicere, ad maiora merito appellendum.

Ad stabiliendam verborum notionem magno est adiumento: 1) *Vetustas* seu tempus illud, quo, vt vulgo dicunt, literaturae graecae et romanae aurea erat aetas. Scriptores enim tum temporis viuentes, vt *Plato*, *Xenophon* graecorum, et *Cicero* latinorum, sine dubio in describendis rebus istis utebantur verbis, quae in diiudicandis vocabulis serioris aevi scriptorum comparationem non sine magno emolumento permittunt. 2) *Auctoritas* - tantummodo scriptoribus *classicorum* nomine notis tribuenda. Haec autem auctoritas tantam habet vim, vt vocabuli cuiusdam saepius apud classicum quemdam occurrentis significatus haud

haud dubio sit obnoxius. Sed quid de ἀπαξ λεγομένοις iudicandum? eruditi dissentiunt. Ii, qui ea reiiciunt, non satis mihi perpendisse videntur, vocabulum, quod semel tantummodo apud auctorem classicum exstat, tamen in illis scriptis saepius exstare potuisse, quae ad nostram vsque aetatem non peruenerunt. Melius mea saltem sententia, esset, ἀπαξ λεγομενα, quorum potestas ex analogia, etymologia, contextu, vsuque loquendi haud ignota est, eundem, quem aliis saepius occurrentibus, honorem habere; alia autem factitia, vt v. c. ἐνωτί-ζεσθαι LXX. Interpretum (ad exprimendum hebr. יִינַן) et *aporiare* (ex ἀπορέομαι), *aporiatio*, Tertulliani, exorta quaestione, num classica illis sit tribuenda auctoritas? reiicere. 3) *Vsus loquendi* *) seu consensus eruditorum de eodem verbo. Cum autem vetus sermo, vt *Quintilianus* iam adnotauit, nil aliud, quam vetus loquendi consuetudo est, facile intelligitur, cur loquendi vsus in analogiam, vetustatem et auctoritatem vim exercean atque obtineat. Λόγων τέχνη v. c. *Xenoph.* Memor. I, 2, 31.,
non

*) *Consuetudo sermonis*, *QUINTILIAN.* Instit. orator, II, 11.

non *ars oratoria*, sed *sophisma*, est, quia Sophistarum nomen Socratis temporibus malum iam habebat connotatum. 4) *Contextus*, seu secundum *Ciceronem*, completus verborum ambitus, ex iis, quae antecedunt aut sequuntur, multa suppeditat subsidia verborum sensum inueniendi. Qua in re autem videndum, *partim*, an verba bene sint diuisa, vt v. c. *Homer. Iliad. ζ. 425.* vbi pro: ὑποπλάκω melius legitur ὑπο Πλάκω, quia Theba ad montem Πλάκος aedificata erat; *partim*, an substitutio alterius literae verbo dubio maius adferat lumen, vt v. c. *Horat. d. A. P. 441.* „male *tornatos* incudi tradere versus „ melius: *formatos*, aut cum Bentleio: *ter natos*; *partim* denique, an *parallelismus* luculentiore efficiat notionem. Sic e. g. *Martial. Ep. 9.* discrimen inter *nubere* et *ducere* et *Cicero ad Diu. IX, 13.* inter *diligere* et *amare* parallelismo annunt. Interdum haec opera inueniendi sensui sufficit, et hic nihil omnino addendum.

At vero, quum scriptores in conscribendis suis libris ad alias res multas, satis suo tempore noras, et manifestas respexerint potius, quam eas descripserint; quod idem et hodie

hodie eodem iure nostros scriptores facere
 videmus; praeterea diuersa ista subsidia non
 raro sunt adhibenda, quae vberiore earum
 rerum omnium aperiunt notitiam, quas
 scriptorum sententiis sic implicatas, intextas
 inuenimus, vt sine istarum iusta cognitione
 scriptoris mentem recte intelligere, attingere
 nemini liceat. Quamobrem nisi officio ve-
 lit deesse interpres, et contentus esse sensu
 obscuro aut mutilo, parum et sibi et aliis
 profuturo, ad Mythologiam, Historiam,
 Geographiam, Antiquitates, et alios fontes,
 vt res locusque postulat, ipsi omnino est re-
 currendum. — Reperto feliciter sensu pri-
 mum in *res* ipsas diligentius est inquiren-
 dum, et aequae in auditorum usum pro
 diuersa eorundem conditione sunt conuertendae.
 Quod, qui negligunt, idem mihi fa-
 cere videntur, quod faciunt immensum auri
 et argenti pondus magno labore paratum,
 terra defossa deponentes. Hic sane opti-
 mus doctori scholastico est locus, et augen-
 da cognitione, et iudicii mentisque integri-
 tate formanda, de iuuentute praeclare me-
 rendi. Quodsi enim rebus perceptis de
 omnibus iustum ferat iudicium, narratio-
 num, inuentorum &c., bonam aut malam
 B in-

indolem doceat, ratiocinationes rectas sequatur et commendat, mendosas iusta auctoritate reprehendat, emendet, dubias indicet ab auditoribus forte in posterum diiudicandas; quae omnia, ne alias prouincias sibi arrogare videatur, fieri quam breuissime debent et possunt: vberimos ex ista institutione fructus per totam vitam auditores non percipere omnino non possunt. Non solum enim res multas egregias discent, verum etiam, quod omnibus bonis non gratum esse nequit, cum vel acutissimi ingenio prudentiaque viri in errore aliquando deprehendantur, semper suo iudicio uti, nunquam magistri auctoritate seu illo: *αυτος εφρα* discipulorum *Pythagorae* niti, de omnibus, nisi antea certo iudicio fuerint expensa, dubitare, sine ratione nihil laudare, sequi, contemnere, longo et vario isto exercitio feliciter tandem adsuescent. Ad haec quam multa sapienter et considerate viuendi praecepta egregia, quam multas adhortationes ad sequendas virtutes et vitia fugienda rectas et sapientes scriptores isti reliquerunt! — Haec omnia comprobare, laudare, commendare discipulis quam grauissime, doctorem decet. lam cum ea sit hominum indoles,

les, quod quotidie experimur, vt bonum appetant, malum auerſentur, et, ſi quid recte, praeclare factum audiant, aut legant, eandem virtutis viam ingrediendi ſtudio incendantur; iſta omnia mecum reputans, iam cernere mihi videor ciues meliores ex iſta ſchola profectos, vitia et flagitia abiecta, virtutis exempla multa praeclara. Abſtinentium tamen omnino eſt a pluribus et copioſis conſequentiis moralibus, melius ad locum opportunum relegandis.

Supereſt, vt quaedam de varia ſcriptorum arte et de ordine in legendis ſcriptoribus antiquis adiungam. Ad primum quod attinet, docentem oportet, vt omnibus ingenijs et teneris et maturis, recte conſulat, quod quidem melius fit per *Ἐκλογάς* ſeu Chreſtomathias, quarum optimae in graecis: *Strotbii*, *Koeppenii*, *Gesneri*, in Latinis: *Mangelsdorffii* ſelecta capita, aliorumque. In hiſce legendis autem non ſolum elegantia vocum et locutionum, verum etiam ſcriptoris ſtilus, vt Phaedri breue et accuratum dicendi genus, Horatii ſublimitas, elegantia, diuina lingua, Homeri ſimplicitas, aliorumque ſcriptorum aliae ſcri-


bendi virtutes et venustates, et alia, quae exstant vbique eximii ingenii impressa vestigia sunt indicanda. Caetera adhuc adnotanda iam alibi copiosius dixi et superuacaneum puto, rem altius repetere.

In Oratione, quam mihi explicandam sumsi, quae etiam adiecta est meo nuperime editio libello: „Lehrbuch die griech. und latein. Klassiker zweckmässig zu lesen“, Hal. 1786. 8., secutus sum *Wolfii* editionem omnium operum Isocratis, Basil. 1597. f. et vice fungitur speciminis omnium orationum Isocratis eadem ratione variantibus lectionibus edendarum. Nouam curavi versionem latinam, quum veteres Isocrati vulgo adiunctae aut pressius verbis adhaerent atque ita barbarae aut obscurae sint, aut a vero sensu saepius recedant. Textum quidem graecum pluribus in locis, vbi de vera lectione sollicitus eram, vt mihi persuasum habeo, emendavi; criticis tamen, quan-

quantum fieri potuit, abstinui disceptationibus atque lectiones variantes reliqui, magis imperitioribus his qualibuscunque paginis profuturum fore sperans, si in notis, quas addidi, obscurior interdum eliceretur sensus, indoles linguae, idiomaticae exonerentur. Scripsi ipsis calendis Augusti, MDCCLXXXVI.

Io. Christoph. Fried. Bährens.

Ι Σ Ο Κ Ρ Α Τ Ο Υ Σ *)
 Π Ρ Ο Σ Ν Ι Κ Ο Κ Λ Ε Α **)
 Π Ε Ρ Ι Β Α Σ Ι Λ Ε Ι Α Σ ***)



Ι Οἱ μὲν εἰωθότες, ᾧ Νικόκλεις, ὑμῖν τοῖς βασιλεῦσιν ἐσθῆτας ἀγειν, ἢ χαλκόν, ἢ χρυσὸν εἰργασμένον, ἢ ἀλλό τι τῶν τοιούτων χρημά-

*) *Isocrates* fuit rhetor Atheniensis, discipulus *Gorgiae*, viuens circa 440. A. C. Olymp. 110 dieique obiit supremum anno 98. aetatis suae. Omnium fere primus, qui docuit, quid ad eloquentiam pertineat et qui utebatur oratione profaica tam suaui, ut per omne fere tempus flo-ruerit.

**) *Nicoles* aequalis *Isocratis*, rex erat *Salaminiensis*, filius *Euagorae*, qui successori regni sui ob malam vitae rationem non bonum exhibuerat exemplum, quam ob causam *Isocrates* hanc ad *Nicolem* habebat orationem, ne vitia patris sequeretur.

***) Βασιλεία i. q. μοναρχία seu summa imperii, ut ipse Segm. 7. explicat *Isocrates*. Tota oratio eo redit, ut, quatenam sint officia regnantium, ostendat.

Segm.

ISOCRATIS
AD NICOCLEM
ORATIO.

Qui vobis regibus, o Nicocles, vestes et
adferre solent, aut aes, aut aurum elabora-
tum, aut aliud quid eius generis, quo

B 4 ipfi

Segm. I—10. continet INTROITVM.
*Primum exhibet comparationem inter reges et pri-
uatos atque inter res, quae et hos et illos melio-
res reddunt; disquirat, an melius priuatam aut
regalem degere vitam; sed quum sibi omnia pericu-
la, omneque vitae genus regum proposuerit ani-
mo, concludit, vitam priuatorum esse praeferen-
dam, quia non vniuscuiusque sit, tali munere fun-
gi. Sumta inde occasione, officia quaedam regum
discurrendi, transgreditur ad ipsam orationem.*

ἔσθῃτας ἄγειν) ἔσθῃς est vestimentum magnifi-
cum, vt Homer. Odyss. α. 165. vbi coniungi-
tur χρυσῷ, auro; alibi opponitur vestimentis
fordidis et squalidis v. c. Iac. II. 2—3. Ἄγειν,
adferre, vt apud Xenophont. δῶρα ἄγειν τιμῇ,
donis aliquem officere.

ἢ χαλκῶν ἢ χρυσῶν εἰργασμένον) ἐργάζεσθαι est
laborare. Eadem notione vtitur Aeschines Socrat.
dial. 2. περ. πλῆτ. 29. hoc verbo: ἐργά-
ζεσθαι ἀνδριάντα χαλκῶν, fabricare statuam
aeneam.

μάτων, ὧν αὐτοὶ μὲν ἐνδεεῖς εἰσὶν, ὑμεῖς δὲ
 πλῆτετε, λίαν ἔδοξαν εἰνά μοι καταφανεῖς,
 ἔ δόσιν, ἀλλ' ἐμπορίαν ποιέμενοι, καὶ πολὺ
 τεχνικώτερον αὐτὰ πωλῶντες τῶν ὁμολογῶν-
 2 τῶν καπηλεύειν. Ἐγὼ δὲ ἠγησάμην ἂν, ταύ-
 την καλλίστην γενέσθαι δωρεάν, καὶ χρησιμω-
 τάτην, καὶ μάλιστα πρόπρασαν, ἐμοὶ τε δῆναι,
 καὶ σοὶ λαβεῖν, εἰ δυνηθεῖν ὀρίσαι, ποίων
 ἐπιτηδευμάτων ὀρεγόμενος, καὶ τίνων ἐργῶν
 ἀπεχόμενος, ἀρίστα καὶ τὴν πάλιν καὶ βασι-
 3 λείαν διοικήσῃ· τῆς μὲν γὰρ ἰδιώτας ἐστὶ πολ-
 λὰ τὰ παιδεύοντα, καὶ μάλιστα μὲν, τὸ μὴ
 τρυ-

καταΦανεῖς) *conspicui*; sed adiectiva apud graecos
 saepissime pro aduerbiis ponuntur, quemadmo-
 dum aduerbia saepenumero locum adiectiuorum
 sustinent. Cfr. *Vechneri Hellenol. I, 12.* Sic h. l.
 καταΦανεῖς pro Φανερώς, aperte.

ἐμπορία) proprie de ea dicitur *mercatura*, quae tra-
 ditur mare, negotii causa, deinde *mercatura* sim-
 pliciter. Ἐμπορίαν ποιεῖν est Ciceronianum:
mercaturam facere

αὐτὰ πωλῶντες τῶν ὁμολογῶντων) αὐτὰ scil. τὰ
 χρήματα — ὁμολογ., genitiui, ob praecedentem
 comparatiuum τεχνικώτερον. Cfr. *Pausan.*
in Boeot. p 563. ed. Xylandri: Ὡς ἐλεῖν τὴν
 Κερησσὸν σφισὶ πειρωμένοις ἐφαίνετο ἐλπί-
 δος κρείσσον. Latini cum ablatiuo v. c.
Cicer. ad Attic. VII, 6.: est illa quidem impu-
 dens postulatio opinione ualentiior.

2. ὀρίσαι) Cfr. *Theophrast. Char. VII, 1.* idem ac
 ὄρω λαβεῖν, seu ὄρω εἰπεῖν, *ibid. V, 1. IX, 1.*
 Ὅρος

ipſi quidem indigent, vos vero abundatis; eos non munus dare, ſed negotium exercere, multoque artificioſius iſta vendere, quam qui ex inſtituto quaestum de mercibus ſuis faciunt, maniſeſtiſſime mihi viſi ſunt. Equidem vero hoc optimum fore donum et vtiliſſimum, quod et mihi danti tibiſque accipienti honeſtiſſimum putauerim, ſi determinare poſſem, qualia praecepta expetas et a quibus rebus te abſtineas, vt optime et vrbem et regnum modereris. Apud priuatos enim homines multa inueniuntur, quae erudiant,

B 5

diant,

"Ὄρος in libris philoſophorum valet fere *definitionem* et diſtinguitur a τύπω, i. e. *descriptione* —

Vid. *Meurſum* in *Animaduerſſ.* miſc. III, 21.

ὄρεγόμενος) ὄρεγεσθαι, porrectis manibus prendere, ſignificat deinde *cupere*, ſimpliciter, vt in loco *Iſocrat.* ad *Demonic.* parallelo: ὦν χρῆ τῶν νεωτέρων ὄρεγεσθαι. *Clr. Lucian.* *Timon.* 84.

ἀπέχεσθαι) conſtruitur genitiuo, — *abſtinere* (v. c. *σιτῶν*, cibo, *Aeſch. Socr.* II, 15.).

3. ιδιώτας) ιδιώτης eſt proprie is, qui ſua tantum curat; deinde: *privatam agens vitam*, non fungens munere publico. Hoc ſenſu apud *Demosth.* *Philipp.* 4. ιδιώταις opponuntur πολιτευόμενοι ſeu ἀρχοντες. Caeterum praer. προς ſupplenda.

ἔſτι πολλ. τ. παιδεύοντα) ἔſτι pro eiſi, vt eſt apud *Horat.* od. I, 1. pro: ſunt. Παιδεύεσθαι pertinet ad omnem *diſciplinam*, et publicam et priuatam.

- τρυφᾶν, ἀλλ' ἀναγκάζεσθαι περὶ τῆ βίῃ
 καθ' ἑκάστην ἀγωνίζεσθαι τὴν ἡμέραν.
 Ἐπειδ' οἱ νόμοι, καθ' ἑς ἑκάστοι πολιτευόμενοι
 4 τυγχάνουσιν· ἔτι δὲ ἡ παρρησία, καὶ τὸ φα-
 νερώς ἐξεῖναι, τοῖς δὲ φίλοις ἐπιπλήξαι, καὶ
 τοῖς ἐχθροῖς ἐπιθέσθαι ταῖς ἀλλήλων ἀμαρ-
 τίας· πρὸς δὲ τέτοις τινὲς καὶ τῶν ποιητῶν
 τῶν προγεγενημένων ὑποθήκας, ὡς χερὶ ζῆν
 καταλελοίπασιν, ὡς' ἐξ ἀπάντων τέτων εἰκὸς
 5 αὐτὸς βελτίως γίνεσθαι. Τοῖς δὲ τυράννοις
 εἰδέν ὑπάρχει τοῖστων, ἀλλ' ἑς μᾶλλον εἶδει
 τῶν ἄλλων παιδεύεσθαι· ἐπειδὴν εἰς τὴν ἀρ-
 χὴν κατασταθῶσιν, ἀνδρέτητοι διατελῶσιν.
 6 Οἱ μὲν γὰρ πλείοι τῶν ἀνθρώπων αὐτοῖς εἰ
 πλησιάζουσιν· οἱ δὲ συνόντες πρὸς χάριν ὀμι-
 λῶσι. Καὶ γὰρ τοὶ κύριοι γινόμενοι, καὶ χρη-
 μάτων πλείων, καὶ πραγμάτων μεγίστων,
 διὰ τὸ μὴ καλῶς χρῆσθαι ταύταις ταῖς ἀφορ-
 μαῖς

πολιτεύεσθαι) nostro loco idem ac πολιτεύειν, le-
 xibus et institutis reipublicae vivere.

4. εἰκὸς) εἰκος sc. ἐστὶ, simile est, verbi εἰκειν, simi-
 lem, consentaneum esse; cfr. Xenoph. Cyrop.
 II, 20.

5. τυράννοις) τυραννος non in malam partem acci-
 piendum; sed simpliciter: princeps. Egregium
 habes locum Anacreont od. IX, 7.

Ἄνακρέων μ' ἔπεμψε
 Πρὸς παῖδα, πρὸς βασιῖλλον,

Τὸν

diant, inprimis vt deliciarum sint expertes, ac necessitate impulsī de victu quotidie certent. Leges deinde, quarum praescripto quilibet reguntur. Porro ista dicendi libertas, vbi palam et amicos reprehendere et inimicis mutua exprobare delicta liceat. Denique nonnulli poëtarum veterum praecepta de vitae instituto reliquerunt: ita, vt sit consentaneum, illos ex his omnibus fieri meliores. Sed tale quid principibus non accidit, 5 quos tamen omnium maxime instrui deceret; hi vero, vbi imperium fuerint adepti, sine admonitione vitam peragunt. Plurimi quidem hominum illis se non adiungunt; qui vero consuetudinem cum illis traxerint, ad gratiam confabulantur. Proinde, quum plurimarum impetrent diuitiarum potestatem et rerum maximarum, quia hisce occasionibus abu-

Τὸν ἀρετὴ τῶν ἀπάντων
Κρατοῦντα καὶ τυραννον

cf. *Verg. Aen. IV*, 320. *Lucium XXXV*, 12. et *Ciceron. de Caesare. Offic. II*, 27.

ἀρχήν) ἀρχή, imperium — vid. *Taylor. ad Lyf.* p. 163.

6. διὰ τ. μ. κ. χρῆσθ. τ. τ. ἀφορμ.) Haec verba ad *χρημῆτα* et *πραγμαῖα* sunt referenda et sic intelligenda: quum autem hisce diuitiis his, quae rebus splendidis atque magnificis, vt experientia docet, abutantur, multi dubitarent etc.

μαῖς πεποιήκασιν, ὥστε πολλὰς ἀμφισβητεῖν, πότερόν ἐστιν ἄξιον ἐλέσθαι τὸν βίον, τὴν τῶν ἰδιωτευόντων μὲν, ἐπεικῶς δὲ πραττόντων, ἢ

7 τῶν τυραννευόντων. Ὅταν μὲν γὰρ ἀποβλέψωσιν εἰς τὰς τιμὰς, καὶ τὰς πλέτους, καὶ τὰς δυναστείας, ἰσοθέως ἅπαντας νομίζουσι τὰς ἐν ταῖς μοναρχίαις ὄντας· ἐπειδ' ἂν δὲ ἐνθυμηθῶσι τὰς φόβους, καὶ τὰς κινδύνους, καὶ διεξιόντες εὐρωσι τὰς μὲν, ὑφ' ἧν ἡκιστα ἔχρην διεφθαρμένους, τὰς δὲ εἰς τὰς οἰκειοτάτους ἐξαμαρτεῖν ἠναγκασμένους, τοῖς δὲ ἀμφοτέρωταῦτα συμβεβηκότα, πάλιν ὁπωσὲν ζῆν ἠγῶνται λυσιτελεῖν μᾶλλον, ἢ μετὰ τοιούτων συμ-

8 φορῶν ἀπάσης τῆς Ἀσίας βασιλεύειν. Ταύτης δὲ τῆς ἀνωμαλίας, καὶ τῆς ταραχῆς αἰτίον

ἐπεικῶς δὲ πραττόντων) ἐπεικῶς πραττοντες, *mediocriter viuentes*; *opponuntur iis, qui domini sunt χρημάτων πλειστον, seu, qui molliter viuunt.*

7. ἰσοθέως) ἴσος in compositionibus aequalitatem exprimit. Sic Telemachus Homer. Odyss. α. 324., qui procos matris suae Penelope adibat, dicitur: ἰσόθεος Φως, *vir deo similis.*

διεξιόντες) δια in compositis habet vim quædendi, ut v. c. *διομνῦσθαι*, deierare, i. e. omnibus adhibitis, quæ ad vim iurisiurandi pertinent. Sic h. l. *διεξιέναι* accurate exponere, seu, reciproce, diligenter rem secum perpendere. Vid. *Dorwill.* ad Charit. pag. 670.

εὐρωσι

abutuntur, effecere, vt multi dubitarent, vtrum priuatorum hominum, moderate et humaniter viuentium, an principum eligere vitam melius fit. Nam quum honores eorum-7 que diuitias ac imperium respiciunt, omnes, qui singularem tenent potestatem, diis aequales putant; si vero timores, et pericula reputant, sicque secum perpendentes inueniunt, alios ab iis, quos minime id decuerat, esse interfectos, alios, vt in familiarissimos etiam peccarent, esse coactos, aliis vero vtraque haec accidisse; tunc rursus quocunq; viuere modo satius esse, quam talibus malis obrutum toti Asiae imperare statuunt. Huius 8 vero inaequalitatis et discordiae causa est, quia

εὕρωσι τοὺς μὲν — διεφθαρμένους) Haec verba latine reddidi: — inueniunt, alios ab iis, quos minime id decuerat, esse interfectos — meliorem autem habent sensum vernacula lingua: — so sieht man, daß einige durch dieienigen gestürzt worden sind, von denen sie es am wenigsten hätten erwarten sollen — nam διαφθεῖρσιν alibi apud Ilocrat. non occurrit notione interficiendi, etsi apud alios, v. c. Thucydidem, haud ignota est.

λυσιτελεῖν μᾶλλον) λυσιτελεῖν proprie: *uestigalia pendere*. Phot. Lex. Ms apud Albertum ad Hesych. T. II. p. 506. Deinde omnino *prodesse*, λυσιτελεῖ μᾶλλον idem quod βέλτιόν ἐστι.

τῶν ἔσιν, ὅτι τὴν βασιλείαν ὡσπερ ἱερῶσύνην
 παντὸς ἀνδρὸς εἶναι νομίζουσιν, ὃ τῶν ἀνθρώ-
 πινων πραγμάτων μέγιστόν ἐστι, καὶ πλείονος
 9 προνοίας δεόμενον. Καθ' ἐκάστην μὲν ἔν πρά-
 ξιν, ἐξ ᾧν ἂν τις μάλιστα δύναίτο κατὰ τρό-
 πον διακίβην, καὶ τὰ μὲν ἀγαθὰ διαφυλάτ-
 τειν, τὰς δὲ συμφορὰς διαφεύγειν, τῶν αἰεὶ
 παρόντων ἔργων ἐστὶ συμβεβηέναι. Καθόλου δὲ
 τῶν ἐπιτηδευμάτων, ᾧν χρῆσι σοχάζεσθαι, καὶ
 περὶ ἃ δεῖ διατρίβειν, ἐγὼ πειράσομαι διελθεῖν.
 10 Εἰ μὲν ἔν ἔσται τὸ δῶρον ἐξεργασθέν, ἀξίον τῆς
 ὑποθέσεως, χαλεπὸν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς συνιδεῖν.
 11 Πολλὰ γὰρ καὶ τῶν ἐμμέτρων ποιημά-
 των καὶ τῶν καταλογάδην συγγραμμάτων, ἔτι
 μὲν ἐν ταῖς διανοίαις ὄντα τῶν συντιθέντων,
 μεγάλας τὰς προσδοκίας παρεῖχον ἐπιτελε-
 θέντα δέ, καὶ τοῖς ἄλλοις ὑποδειχθέντα, πο-
 λὺ

8. ὡσπ. ἱερῶσ. π. ἀνδρ. εἰ νομ.) Sic intelligendum: *Vulgo arbitrantur, regis munere fungi non maioris esse momenti, quam praeesse provinciae sacerdotis.*

9. διατρίβειν) sc. τὸν χρόνον seu βίον, *tempus seu vitam impendere alicui rei; ut v. c. Plutarch. περ. παιδ. ἀγωγ. X, 10. διατρίβειν περὶ Φιλο-*
 λοῦ

quia regnum tanquam sacerdotium cuiuslibet esse viri existimant; quod summum est rerum humanarum summamque desiderat curam. In qualibet igitur actione, unde potissimum quis rectissime administrare possit, ubi et bona conseruanda et mala sint euitanda, suadere illorum est officii, qui semper adsunt. Equidem in genere de omnibus, quae tibi sint spectanda, quibusque sit immorandum, edisserere nitar institutis. Vtrum vero donum hoc, proposito dignum, sit expoliturum, ab initio facile perspicere non potest. Multa enim carmina, quae et ligata et prosa oratione sunt conscripta, dum adhuc in mentibus auctorum inclusa tenerentur, magnas excitarunt expectationes; sed perfecta et in lucem prolata longe tenuiorem spe ipsa impe-

λοσοφίαν, studio philosophiae impendere tempus

10. δῶρον ἐξεργασθὲν) his verbis alludit ad praecedentia Segm. 1. χρυσὸν εἰργασμένον ἀδοσοῖν — ποιούμενοι, et, relicto tropo, intelligit orationem suam, quam etiam ἐξεργασίαν nominare potuisset. Cfr. Polyb. X, 6.

λύ καταδεεστέρα τὴν δόξαν τῆς ἐλπίδος ἔλα-
 12 βεν. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τότε ἐγχείρημα καλῶς
 ἔχει, τὸ ζητεῖν τὰ παραλελειμμένα, καὶ νο-
 μοθετεῖν ταῖς μοναρχίαις, οἱ μὲν γὰρ τὰς
 ἰδιώτας παιδεύοντας ἐκείνους μόνος ὠφελῶσιν·
 εἰ δὲ τις τὰς κρατῶντας τῆ πλήθους ἐπὶ ἀρε-
 τὴν προτρέψειεν, ἀμφοτέρους ἀν ὠφελήσειε,
 καὶ τὰς τὰς δυναστείας ἔχοντας, καὶ τὰς ὑπὲρ
 αὐταῖς ὄντας. Τοῖς μὲν γὰρ ἀν τὰς ἀρχαῖς
 ἀσφαλεστέρας, τοῖς δὲ τὰς πολιτείας πραοτέ-
 ρας ποιήσειεν.

13 Πρῶτον μὲν ἔν σκεπτέον, τὶ τῶν
 βασιλευόντων ἔργον ἐστίν· εἰάν γὰρ τὸ κε-
 φάλαιον, καὶ τὴν δύναμιν ὅλα τῆ πράγματος
 καλῶς παραλάβωμεν, ἐνταῦθα ἀποβλέπον-
 τες ἄμεινον, καὶ περὶ τῶν ἄλλων μερῶν ἐρῶμεν·
 14 οἷμα δὴ πάντας ἀν ὁμολογήσαι, προσήκειν
 αὐ-

11. δόξαν τ. ε. ἔλαβεν) δόξαν λαμβάνειν est glo-
 riam consequi, vt Aesch. Socr. II, 20.

Segm. 11. incipit, quomodo quisque regnum
 bene administrare debeat, tractare, sed ita, vt prius
 (11—12.) introitum orationi ipsi coniungat.

PRIMUM officium (13.): PATREM TE
 PRAEBEAS PATRIAE! Nomen illud glo-
 riosum Ciceronis, Caesaris et Augusti. cfr.
 Ouid. Fast. II, 127. Quid ad hoc pertineat, ex-
 plicat Isocrat. 14—16.

petrarunt gloriam. At certe conatus ipse est 12
laudandus, ut ab aliis omiſſa quaeramus et
gerendi imperii rationem praefcribamus.
Nam qui priuatos homines instituunt, ſolis
tantum illis vtilis ſunt. Si quis vero princi-
pes ad virtutem incitarit, vtrisque vtilitatem
procreauerit, tum his, qui imperium tenent,
cum iis, qui ſub imperio tenentur. Illis
enim imperia ſecuriora, his vero ſtatus rei-
publicae humaniores effecerit.

Primum igitur, quod ſit regum munus, 13
videndum eſt. Nam ſi totius rei caput atque
vim rite conſtituerimus, ad ea reſpicientes
melius de caeteris quoque partibus dicturi ſu-
mus. Neminem negaturum eſſe arbitror, 14
ad

12. νομοθετεῖν τ. μοναρχ.) cfr. locum *Lucian Timon.* 123. parallelum: Δεδοχθω δὲ ταῦτα, καὶ νενομοθετήσθω πρὸς τὸν ἐπίλοιπον βίον κ. τ. λ.

προτρέψειν) προτρέπεσθαι, *monitis impellere*,
metaphora ab iis, qui cogunt ſubſiſtentem, ut
progrediatur. Conſtruitur cum πρὸς et ἐπὶ.
Vid. *Isocrat.* in *Areop.* προτρέποντες ἐπὶ τὰς
ἀδικίας.

C

αὐτοῖς, πάλιν τε δυσυχῆσαν παῦσαι, καὶ κα-
λῶς πράττεσαν διαφυλάξαι, καὶ μεγάλην ἐκ
μικρὰς ποιῆσαι· τὰ γὰρ ἄλλα τὰ καθ' ἐκά-
στην ἡμέραν συμπίπτοντα, τῶν ἕνεκα πρα-
15 κτέον ἐστὶ. Καὶ μὴν ἐκεινόγε φανερόν, ὅτι θεῖ
τὲς ταῦτα δυνατοί, καὶ περὶ τῶν βε-
λευσομένων, μὴ βραδυμεῖν, ἀλλὰ σκοπεῖν,
ὅπως φρονιμώτερον διακείσονται τῶν ἄλλων·
δέδεικται γὰρ, ὅτι τοιαύτας ἔξῃσι τὰς βασι-
λείας, οἷα σπερ ἂν τὰς αὐτῶν γνώμας παρα-
16 σκευάσωσιν· ὥστε ἕδενί τῶν ἀθλητῶν ἔτω
προσῆκει τὸ σῶμα γυμνάζειν, ὡς τοῖς βασιλεῦ-
σι τὴν ψυχὴν τὴν ἑαυτῶν· ἅπασαι γὰρ αἱ
πανηγύρεις ἕδεν μέρος τιθεῖσιν τῶν τῶν
ἀθλων, ὑπὲρ ὧν ἡμεῖς καθ' ἐκάστην ἀγωνίζε-
σθε

14. καὶ καλῶς πράττεσαν). Verbum πράττειν
Inepissima de istis vsurpatur rebus, quae ex ani-
mi sententia eveniunt, ut *Hom. Odyss. γ. 60.*

Δὸς δ' ἐτι Τελέμαχον καὶ ἐμέ πρήξαντα
νέεσθαι.

Cfr. *Ipsi orat. de fort. pag. 96.* Sic nostro
loco de republica καλῶς πράξαι, *florere*,
idem, quod *Aesch. Socrat. I, 13.* εὖ πράξαι,
cui formulae ibi opponitur altera: κακῶς πράτ-
τειν, *interire*.

πράττεον ἐστὶ) *faciendum est*, per enallagen nume-
ri dictum, pro: *πράττεα εἰσί*, exempla vbiuis
obuia, v. c. *Ouid. Trist. I, 3, 10.*

Non

ad illos pertinere, ut urbis malis finem imponant, statumque eius felicem tueantur et e parua magnam efficiant. Alia enim, quae quotidie accidunt, horum causa facienda sunt. Illud vero perspicuum est, istos, hac 15 facultate praeditos, hisque de rebus deliberaturos, deliciae non deditos esse debere ac inertiae, sed accurate deliberare, ut caeteris sint longe prudentiores. Etenim, prout eorum mentes instructae sunt, ita illos regna habituros esse, liquido apparet. Hinc nulli 16 pugili tam incumbit corpus exercere, quam regibus ingenium suum. Omnes enim publici conuentis nullam partem eorum proponunt praemiorum, de quibus vos quotidie

C 2

cer-

Non aptae profugo vestis opisue fuit.

Huc refer *Homer. Iliad. β. 135.*

15. γνώμης παρὰσινευάσωσιν) παρὰσινευάζειν interdum notionem habet reciprocam: se exhibere, (et itaque in medio: se armare, *Plutarch. Apoph. XIII, 16.*) Γνώμης sunt h. l. ut *Herodian. VIII, 13.* vitae instituta, seu indoles et mores cuiusdam. — Denn es ist gewiss, daß ihre Regierung nach Maassgabe ihres Characters besser oder schlechter seyn werde. —
16. τῶν ἀθλητῶν — γυμνάζειν) Exemplum petitam de *exercitationibus ἀθλητῶν* in Gymnasiis, ubi esse Gymnastias exercuisse constat cursu, luctu hasta, disco, pugillatu, pila etc. Cfr. *Plaut. Baccid. III, 3. 24.*

17 σθε τὴν ἡμέραν ὧν ἐνθυμέμενον χρὴ προσέ-
 χειν τὸν νῦν, ὅπως ὅσονπερ ταῖς τιμαῖς τῶν
 ἄλλων προσέχεις, τὸσῶτον καὶ ταῖς ἀρεταῖς
 αὐτῶν διοίσεις. Καὶ μὴ νόμιζε τὴν ἐπιμέλειαν,
 ἐν μὲν τοῖς ἄλλοις πράγμασι χρησίσμην εἶναι,
 πρὸς δὲ τὸ βελτίως ἡμᾶς καὶ φρονιματέρας γί-
 νεσθαι μηδεμίαν ἔχειν δύναμιν· μηδὲ κατα-
 γνῶς τῶν ἀνθρώπων τσσαύτην δυσυχίαν, ὡς
 περὶ μὲν τὰ θῆρια τέχνας εὐρήκαμεν, αἰς αὐ-
 τῶν τὰς ψυχὰς ἡμερᾶμεν, καὶ πλείονος ἀξίας
 ποιῶμεν, ἡμᾶς δ' αὐτὸς ἔδεν ἂν πρὸς ἀρετὴν
 18 ἀφελήσασμεν· αἰκ' ὡς καὶ τῆς παιδεύσεως, καὶ
 τῆς ἐπιμελείας μάλιστα δυναμένης τὴν ἡμετέραν
 ψυχὴν εὐεργετῆν, ἔτω διάκεισο τὴν γνώμην,
 καὶ τῶντε παρόντων τοῖς φρονιματάτοις πλη-
 σιάζε, καὶ τῶν ἄλλων, ἕς ἂν δύνῃ μεταπέμπε,
 καὶ

17. προσέχειν νῦν) προσέχω νῦν, la. est mihi ani-
 mus.

καὶ ταῖς ἀρεταῖς αὐτῶν διοίσεις) Ἰερτὴν Socra-
 tes apud Platonem in Cratylo significare primo
 dicit εὐπορίαν i. e. facilem et expeditam rerum
 et consiliorum facultatem. Est igitur ἡ vniuersum
 facultas et scientia cuiusuis rei, que in aliquo
 est et esse debet, si velit dignus esse et haberi no-
 mine suo. Intelligitur nostro loco maxime vir-
 tus illa, quae cernitur in bona regni administra-
 tione. Notent urones, διοίσεις ἡμετέρας esse
 verbi διαφέρειν, differre.

καὶ

certatis. Tibi igitur haec consideranti ope 17
 ram nauare conuenit, vt quantum honoribus
 aliis praestes, tantum etiam virtutibus illos
 superes. Neque curam in aliis modo vtilem
 esse rebus, in hoc vero, vt meliores et pru-
 dentiores euadamus, nullam vim habere ex-
 istimes. Ne homines adeo infelices iudices,
 vt artes quasdam circa bestias inuenerimus,
 quibus earum animos mitigaremus easque
 tunc pluris aestimaremus: ipsi enim ad utili-
 tatem nullum nobis adferre possumus adiu-
 mentum. Sed institutionem et curam abi- 18
 mum nostrum adiutare posse ita sentias, ac
 inter praesentes ad prudentissimos te applices
 et aliorum quoscumque poteris, accerfas. Ne-

C 3

que

καὶ πλείονος ἀξίας ποιῶμεν) ἀξίος construitur ge-
 nitiuo, vt ἀνὴρ πολλῆ ἀξίος, vir admodum
 grauis ἀξίας sc τὰς ψυχὰς. Vid *Wesseling.*
 ad Diod. sic Tom I p. 5. Sensus est: *artibus*
quibusdam animos bestiarum mitigando, eosdem me-
liores efficere possumus; sic etiam nos exercitatio re-
bis vtiibus instituta meliores facit.

Segm. 17—21. ALTERVM proponit offi-
 cium, quo SAPIENTIAM Nicoeli commendat.
 Primum negatiue (17); deinde positiue (18),
 ubi demonstrat, quam ratione ea consequenda
 sit et quid inde expectandum (19—20.).

καὶ μήτε τῶν ποιητῶν τῶν εὐδοκιμῆτων, μή-
 τε τῶν σοφιστῶν μηδεὶς οἷς δεῖν ἀπείρως ἔχειν,
 ἀλλὰ τῶν μὲν ἀκρατῆς γίνε, τῶν δὲ μαθη-
 τῆς, καὶ παρασκευάζε σεαυτὸν, τῶν μὲν
 ἐλασσόνων κριτὴν, τῶν δὲ μειζόνων ἀνταγωνι-
 19 σὴν. Διὰ γὰρ τῶν γυμνασίων τάχιστα ἂν
 γένοιο τοιοῦτος, οἷον ὑπεθέμεθα δεῖν εἶναι τὸν
 ἄρθως βασιλεύοντα, καὶ τὴν πέλιν, ὡς
 χεῖρ.

18. τῶν σοφιστῶν) Verbum σοφιστής senioribus
 temporibus malum obtinuit connotatum. Ab
 aetate Gorgiae Leontini σοφιστῶν distincti fue-
 runt a Philosophis, dictique, qui argutius sectaren-
 tur in differendo, qui in conuentu poscerent quaestio-
 nem, h. e. iuberent dicere, qua de re quis vellet
 audire (Cicer. Fin. II, 1.) qui docerent, quam
 verborum industria causa infirmior fieret fortior.
 Ad haec etiam alludit Xenophon Memor. I, 2, 31.
 verbis: λόγων τέχνη, quae loco σοφισμάτων,
 argutiarum, dicta sunt. Praeterea etiam nomi-
 nabantur Φροντισταί, Pollux IV, 41. τὰς δὲ
 σοφιστὰς (Sophistas), ὡς περὶ καὶ τὰς φιλοσόφους
 ἐκάλεον Φροντιστάς. Primis autem temporibus
 σοφία, sapientia, erat virtus ea, cum quis sciret,
 quae bona sint, quae mala, quae facienda sint et
 appetenda, quae omittenda et fugienda. Eo sen-
 su Pythagoras se primum nominavit φιλόσοφον,
 sapientiae studiosum, et eodem modo nostro in
 loco σοφιστής est accipiendum.

Quaenam autem fuerit illa σοφία, de qua
 Isocr. h. l. loquitur, facile intelligitur. Primi

que poetarum clariorum neque philosophorum quemquam nescias, sed aliorum auditor, aliorum discipulus sis; ac ita temetipsum compares, ut et inferiorum sis iudex et superiorum aemulus. Quibus enim exercendi rationibus celerrime talis euades, qualem esse debere posuimus eum, qui recte regnum sit gubernaturus, et ciuitatem, ut decet, mode-

C 4

ra

sapientes, qui vitae praecepta tradebant, erant poetae, ut v. c. *Orpheus, Hesiodus, Parmenides, Xenophanes, Empedocles, Thales* — quorum aut scriptis aut monitis traditis veteres a iuuentute usque ad senectutem utebantur. Loca praeceptorum haec illustrantia, habes apud *Aristoph. Ran.* 1087. τοῖς μὲν γὰρ παιδαμοῖσιν ἔστι διδάσκαλος, ὅστις φράζει, τοῖς δ' ἡβῶσιν γε ποιηταί. *Sirab.* I, p. 28. 29. τὴν ἀντιπῶν, οἱ παλαιοὶ φιλοσοφίαν τινὰ λέγουσι πρῶτον τὴν ποιητικὴν, εἰσάγουσαν εἰς τὸν βίον ἡμᾶς ἐκνήων, καὶ διδάσκουσι ἡθῶν, καὶ πάθη, καὶ πράξεις μετ' ἡδονῆς. ex *Plur.* Solon. p. 80. B. φιλοσοφίας δὲ τῶν ἡθικῶν μάλα ῥητα τὸ πολιτικὸν ὡς περὶ οἱ πλείστοι τῶν τότε σοφῶν ἠγαπήσασαν — praeter Thaletem τοῖς ἄλλοις ἀπὸ τῆς πολιτικῆς ἀρετῆς τὸ ὄνομα τῆς σοφίας ὑπῆρξε. Eam ob causam nostro loco ποιητας etiam ad numerum τῶν σοφιστῶν sapientum, refert *Isocrates*.

19. ὁρθῶς βασιλεύοντα) Quid ad illud ὁρθῶς βασιλεύειν pertineat, optime explicat *Plato* de legislat. III, IV. IX. polit. IV., ut fere videatur, eum ad hanc orationem respexisse.

χρῆ, διοικήσοντα. Μάλιστα δ' ἂν αὐτὸς ὑπὸ
 σεαυτῆ παρακληθεῖς, εἰ δεινὸν ἡγήσαιο τὲς
 χεῖρες τῶν βελτιόων ἀρχεῖν, καὶ τὲς ἀνοητο-
 20 τέρους τοῖς φρονιμωτέροις προσάττειν. Ὅπως
 γὰρ ἂν ἐβλάμηνεςέρως τὴν τῶν ἄλλων ἀνοίαν
 αἰτιμάσης, τοσούτω μᾶλλον τὴν σεαυτῆ διά-
 νοιαν ἀσκήσεις· ἀρχεσθαι μὲν ἔν ἐντεῦθεν
 χρῆ τὲς μέλλοντάς τι ποιήσῃ τῶν δεόντων.
 21 Πρὸς δὲ τέτοις φιλόφρονον εἶναι δεῖ καὶ φι-
 λόπολιν· οὔτε γὰρ ἵππων, ἔτε κυνῶν, ἔτε ἀν-
 δρῶν, ἔτε ἄλλε πράγματος ἕθενὸς διόντε κα-
 λῶς ἀρχεῖν, ἢ μὴ τίς χαίρη τέτοις, ὧν αὐ-
 τὸν δεῖ ποιείσθαι τὴν ἐπιμέλειαν. Μελέτω
 σοὶ τῆ πλήθους, καὶ περὶ παντὸς ποιῶ κεχα-
 ρισμένος αὐτοῖς ἀρχεῖν γινώσκων, ὅτι καὶ τῶν
 ἀλυγαρχιῶν, καὶ τῶν ἄλλων πολιτειῶν, αὐτὰ
 πλείστον

εἰ δεινὸν ἡγήσαιο) δεινὸν, *absurdum* interpretatus
 sum. Melius fortasse per *horribile* explicaretur.
 Cum enim quoduis imperium facultate nitatur,
 subditos defendendi et fortunandi: est sane *horri-
 bile* quid, si insipientes prudentioribus imperent,
 ἀρχεσθαι). Media voce incipere; ut ἀρχεσθαι
 τὲ ζῆν ἀπὸ πόνων, *ordini vitam a molestitis.*
Aesch. II, 14.

21. De TERTIO loquitur officio: HUMANVM
 TE PRAESTES ET SVEDITORVM AMO-
 RIS STVDIOSVS SIS 21 — 24. *Vias*

22 — 24.

raturus. Sic vero ipse te maximè exhortaberis, si absurdum esse duxeris, ut peiores in meliores dominantur, et stultiores prudentioribus imperent. Nam quo vehementius aliorum amentiam despicias, eo magis ingenium tuum exercebis. Hinc igitur incipiant necesse est, qui suo officio praeclare fungi cupient. Praeterea te humanum esse decet civitatisque studiosum. Neque quisque vel equis, vel canibus, vel viris, vel ulli rei bene praeesse potest, nisi qui illis gaudet, quos curae sibi habeat necesse est. Plebs tibi curae cordique sit et omnem in eo figas operam, ut apud subditos sis gratiosus; nam et paucorum regimen caeteraeque civitatis administrationes eo longius perdurare, quo diligen-

C 5

tius

22 — 24. demonstrat, quibus amor civium acquiri debeat.

ὀλιγαρχιῶν) Ὀλιγαρχία, quum ciues pauci, non virtute praestantes caeteris, verum nobilitate generis divitiisque excellentes, hoc agunt, ut arripiant imperium civitatis, ea invita, suisque rationibus, non civium salutis, consulant. Sic explicat Theophr. Charact. XXVI, 1. δόξειεν ἂν εἶναι ἡ ὀλιγαρχία Φιλαρχία τις ἰσχυρῆ κατὰ γλιχομένη. Nostro loco non in malam partem accipitur, quia constituta τῶν ἄλλων πολιτειῶν coniunguntur.

πλείστον χρόνον διαμένουσιν, αἴτινες ἀν ἄριστα
 τὸ πλήθος θεραπεύσωσι. Καλῶς δὲ δημα-
 γωγήσεις, ἔαν μήτε τὸν ἔχλον ὑβρίζειν ἕως,
 μήτε ὑβριζόμενον περιορᾶς, ἀλλὰ σκοπῆς,
 ὅπως οἱ βέλτιστοι μὲν τὰς τιμὰς ἔξωσιν, οἱ δ'
 22 ἄλλοι μηδὲν ἀδικηθήσονται. Ταῦτα γὰρ
 στοιχεῖα πρῶτα καὶ μέγιστα χρηστῆς πολιτείας
 εἰσι. Τῶν προσαγμάτων καὶ τῶν ἐπιτηδευμά-
 των, κίνει καὶ μετατίθει, τὰ μὴ καλῶς καθε-
 σῶτα· καὶ μάλιστα μὲν εὐρετῆς γίνε τῶν βελ-
 τίστων, εἰ δὲ μὴ, μιμῆ τὰ παρὰ τοῖς ἄλλοις
 23 καλῶς ἔχοντα. Ζήτει νόμους τὸ μὲν σύμπαν
